NB. est a. 1607 elegantissime in charta scripta rubri coloris, auro et coloribus largiter distinctum et 3 picturis ornatum. Codex quantivis pretii. fol. (13) 28 Folia.

363. ~~ZZ~~ Lubb-it Tavarich seu medulla historiarum, auctore Ommia Jahhia, Abd-Ullatifi filio, Kazbiniensi, latine, interpretibus e persico Gilb. Gaulmino et Ant. Gallando. Edita est in Ant. Frid. Büsching Magazin für die neuere Historie u. Geographie. Th. XVII. Halle, 1783, 4. p. 1-180. Cf. praefationem ibid. praemissam et Eichhorn Repertorium der morgenländ. Literatur. Th. X. p. 214 sq. Antea fuit F. Rostgaardii. fol. (76.)

364. Particula lexici Gjeuhariani arabici ex Turcica interpretatione. fol. 14 folia.

365. Particula lexici arabici Gjeuhariani (Dscheuhari) turcice versi a Mohammed fil. Mustaphae, ex oppido Van in Mesopotamia oriundo. Rubro colore scripta vocabula sunt arabica, quae exponuntur, caetera sunt interpretatio Turcica. Procedit hic codex tantummodo ad literam Lam, adeoque est in fine mutilus. Inventus est a. 1683 in expugnatis ante Viennam castris Turcicis. fol. (15.) Fuit Seebischii

366. Dictionarium arabico-turcicum, exaratum a presbytero Mohammede in urbe Bosnia a. Heg. 1030, Chr. 1621. fol. (Brühl 255.)

(Tabulae arithmeticae, addit Beigel.)

367. Codicilli militares imperii Ottomannici. [fol. obl. (21.)

Pfeiffer hält ihn irrig für charactere Talikensi scriptus. Götz hat ihn richtig unter Teffir oder Abi Saud Kadaeny.

368. Irschad ol Acli fi taffir il Corani, Directio intellectus seu interpretatio Alcorani, auctore Abi Saüdo Alii, filio Muhammedis, al Emadio, Moftio Constantinopolitano sub Solimano II. seu medio sec. 16. de quo auctore et libro v. Herbelot bibl. orient. p. 313. Codex est arabicus elegantissime scriptus. fol. (23.)

369. Pars quarta amplissimae paraphraseos Turcicae in Alcoranum. Incipit vero a cap. 18 de septem dormientibus (quamvis codex ab initio sit mutilus et hujus capitis 27 vel 28 priores versus desint) et continuatur usque ad caput 35 de Angelis inclusive. Scriptus codex a. Heg. 942, qui incidit in a. Chr. 1535 et 1536. Olim fuit Seebischii. (24.) fol. Antea fuit Mthi. Zimmermanni, Superint. Misn. Repertus est in expugnatione Budae.